

statu) Iohannem dictum fuisse, quisquis reuelationis huius scriptor extiterit: sed quum multi non infimæ classis homines etiam Apostolorum tempore Iohannis nomen sortiti sint, quis hic Iohannes fuerit, inter eruditos scriptores nunc quoque controuertitur. Quia Apostolum & Euangelistam fuisse negant, et si uerisimilibus, non tamen quod postulant sufficienter efficientibus coniecturis mouentur. Sed ne illorum argumenta iam pridem multis summa eruditione præclara dilata in medium adferamus, tenendum nobis est, magis probabilem esse eorum coniecturam, qui sacrum hunc librum, in credibili consolatione reuertunt, aut Apostolo Iohanni, aut Marco (qui & ipse Iohannes dictus est) tribuerunt. Porro quæ in hac prophetia obscure & sepe sphingicis traduntur, non debent pios ab eius lectione remorari. Nam ideo figuris utitur Iohannes, quia quod scribit reuelatio est, quæ Deus illi sub huiusmodi typis quos describit, patefacere uoluit, id quod & Prophetæ fecerunt: unde etiam totus hic liber prophetia appellatur c. 1. v. 3. & 2.2. b. 8. d. 18. 20. Adde quod multo consuetius erat sub figurarum inuolucris prædicere Romani imperii interitum (quod tum rerum fere per uniuersum orbem potiebatur) quam apertè sermone, ne uel hoc nomine seuerius in Christianos grassarentur Romani principes; & tamē hac prophetia aduersus seuerissimas persecutiones piam mentes erant animandæ & solandæ. Sic Paulus horrendum Romani Antichristi casum testatur, dicemus & nos illum meras narrare historias. Docet. n. (quamquam sub typis, clarius tamen quam ipsi Prophetæ) quænam sit regni Christi conditio, quæ fors Ecclesie, & quibus persecutionibus exponatur, quotquot Christianæ religioni serio addicti sunt. Exhibet nobis præterea diaboli quoque & uniuersæ eius malitiæ militiæque descriptionem, sed & inferorum ac suppliciorum horrenda tormenta oculis nostris conspicienda obicit: aperit nobis ipsum etiam cælum: & quænam uera sit fidelium spes luculentissime ostendit: assentit & ueram uniuersæ carnis resurrectionem: ostendit & copiosissime, quis tandem electorum & reproborum, fidelium & infidelium finis sit futurus; quodnam summum bonum, quænam miseria & infelicitas extrema: ut liber hic ipsa re uel materia, quam tractat & tradit, semetipsum omnibus piis commendat, & dicitur S. 3. scriptum commonstret, adeoque & euincat. Proinde multis nominibus dignus uidetur, qui ab omnibus eruditissimis, præcipue hisce extremis ac ualde periculosis temporibus (quorum est hæc prophetia) & diligentissime legatur, & probe admodum expendatur. Nam si ipsum (ut par est) affectum & docilitatem, quæ sacrarum literarum lectioni merito debetur, non inuiri autulerimus, quantum ex hac Prophetia emolumentum nobis sit rediturum, nemo facile dixerit. Nec est quod obstreperos aduersariorum clamores motemur, qui dum audiunt Romanum pontificem à nobis Antichristum uocari, clamant haud secus, quam qui cauterio aduertuntur. Sed quum Papistica doctrinæ peruersitas totiusque cleri Papalis mores corruptissimos, nullum aliud præcipuum Antichristum uenturum clament, quam qui dudum uenit in Pontificibus Romanis, qui interim iuguletur gladio uerbi Dei in cordibus fidelium, & breui totus sit abolendus glorioso Christi aduentu in iudicium; hoc ipsum si nos premere & subicere uoluerimus, lapides clamabunt.

CAPVT PRIMVM.

Reuelatio Iesu Christi, quam dedit illi Deus ut palam faceret seruis suis, quæ oporteat fieri cito, & significauit: quum misisset mandatum per angelum suum seruo suo Iohanni.

REVELATIO IESU CHRISTI. A Primus huius prophetiæ uersus uel libri titulus summam indicat doctrinæ genus, quod in eo tractatur; deinde cuius ministerio ad totam Ecclesiam huius doctrinæ fructus peruenerit. Quod ad primum uocabulum attinet. Uetus interpres Græcam uocem reliquit hoc loco, quam tamen antehac sepe vertit. Et hæc uero est Apocalypsis, quam à Septuaginta repetam fuisse multi ex veteribus crediderunt, quo sermonis Hebraici proprietatem exprimerent. Si quidem Hebræi אפוקליפסא uocant, quoties res abditæ prius aperitur. A Veluti quum apud Prophetam dicitur, Non facit Deus Ichoua quicquam, nisi reuelauerit secretum seruis suis Prophetis, Amos 3. b. 7. Et iterum, Causam tuam age cum proximo tuo, & secretum alteri ne reueles. Proverb. 25. b. 9. Et quia ergo mysteria, quæ prius latebant, plurima in hoc libro reuelantur & aperuntur, Hebræorum morem auctor huius operis sequutus, librum auspiciatus est à titulo. s. Est autem reuelatio hæc uisio Prophetica rerum futurarum adeoque occultarum, quæ soli Deo certo constant, & cui ille reuelare dignatur. A Porro uisionibus uariis constat totus hic liber, quibus uerbum additur, quo maior autoritas constet oraculis. Scimus autem uisionem fuisse unum ex ordinatis modis, quibus se Dominus olim manifestare Prophetis suis solebat, quemadmodum apud Moysen legimus, Si fuerit Propheta uobis, Ego Ichoua in uisione apparebo illi, in somnio loquar cum eo, Num. 12. b. 6. Utriusque exemplum habuimus in Patriarcha Abraham, Gen. 15. c. 12. Et si autem reuelatio Christo tantissimæ fuerit, duæ istæ reuelationis species, (quia uno Filii Dei Euangelio contenti esse debent pii omnes) uoluit tamen Dominus hoc modo quædam seruis suis sub Euangelii exordio patefacere, quorum claram notitiam ex eius uerbo assequi iam possumus. Quæ de re uide Act. 10. a. 3. b. 11. & 16. b. 9. & 18. c. 9. & 2. Cor. 12. a. 1. Itaque Quamuis Dominus Deo simplici uerbo potuerit seruum suum Iohannem, quæ uolebat docere, certis tamen uisionibus rerum magnitudini congruentibus id præstare uoluit, in communem suorum utilitatem. IESU CHRISTI. s. Hic auctor reuelationis ostenditur, ille nimirum qui solus uere Patrem nouit, & in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi, Coloss. 2. a. 3. Hinc additur, QUAM DEDIT ILLI DEVS. s. Quia Christus mediator est inter Deum & homines constitutus, mirum uideri non debet, si quæcumque habet humana carne assumpta, Deo accepta referat; quemadmodum passim in Euangelio Iohannis uidimus. Unde et notanda est personarum distinctio. F. Hic est prophetiæ huius autoritas in eo commendatur, quod non homini, sed Deo proprie tribuitur, a licet ad nos per Christum hominem factum eius cognitio peruenerit. Hic est enim, de cuius plenitudine omnes accepimus, Ioh. 1. b. 16. Qui etiam unicus nobis est à Deo datus Ecclesie magister, & doctor, Matt. 17. a. 5. UT PALAM FACIAT SERUIS SVIS. Et hoc est, ut ostenderet uis demonstraret, & referretur ad sequentia, ut ostenderet per hanc reuelationem Iesu seruis illius, quid mox futurum sit. Sunt qui suspicantur scriptum fuisse ab interprete, Planum facere pro Explanare: quod conuenit rebus obscuris. Nam ut Palam facere pro Euulgare sit Latinus sermo, non caret amphibologia, si quidem palam facit, qui facit aliquid in publico. M Simplex tamen huius loci sensus est, Deum hoc sine Christo suo hæc patefecisse, non ut hic apud semetipsum recluderet, sed piis quoque manifestaret: unde aliqua ad totam Ecclesiam manaret utilitas. A Et certe hoc scimus esse Christi officium, quæ à patre accepit fidelibus aperire: quod sedulo se etiam præstitisse affirmat Ioh. 15. c. 16. QUÆ OPORTET AD FIERI CITO. Iohannes (quemadmodum & alii Prophetæ) quædam quæ ad superiora secula spectant, commemorat, quædam quæ ad sua, quædam uero quæ ad futura: (id quod nonnunquam difficile fuit discernere: cuius rei testes sunt tam uariæ interpretationes) sed cum præteritorum tum præsentium propter futura sit commemoratio. A Quum dicit ea oportere fieri, significat quanta sit diuini consilii stabilitas & firmitudo. s. Nam quæ diuino consilio prædestinata sunt, immu-

tan profus nequeunt. Ego enim (inquit) Deus, & non mutor, Malach. 3. b. 6. Item, A Consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet, Esa. 46. d. 10. Et Christus hoc ipsum his uerbis confirmat, Cælum & terra transibunt, uerba autem mea non præteribunt, Mat. 24. c. 35. & Luc. 21. f. 33. Quoties ergo vicissitudines rerum regnorumque uarias mutationes certamus, oculos ad Dei prouidentiam tollamus, quæ quæ ab eo summa sapientia præordinata sunt, in suum finem diriguntur. Profani homines omnia fortuito agi putant, quia illis ratio non constat cur pleraque fiant; pii uero iustum Dei iudicium considerant, ac pie fatentur, unum Deum optimum esse totius mundi & opificem sapientissimum & moderatorem æquissimum. s. Particula Cito addita uidetur ad consolationem piorum, adeoque malorum terrorem; quæ quæmodum in oculis ampla piis omnibus merces est reposita, s. ita parata sit reprobis diuina uitio; sicuti dicitur; Quibus iudicium iam olim non tardat, & perditio illorum non dormitat, 2. Pet. 2. a. 3. Ut. n. non dormit, qui custodit Israel, Ps. 121. a. 4. 5. Unde Christus dicebat, Deus non faciet uindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, et quum patiens fuerit super illis? Dico uobis, quod faciet uindictam illorum cito, Luc. 18. b. 7. Quum enim dixerint impii, Pax & uera omnia, tunc repente eis imminet interitus, sicuti dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient, 1. Thess. 5. a. 3. Neque tamen præcipites nos esse decet ad expectandam de impiis uindictam, sed patienter expectandum nobis est, donec opportunum tempus adueniat. Itaque si diuturnæ afflictiones & iusti iudicis mora nos ad impatientiâ sollicitet, aut diuinæ promissionis dubitatione ingerant; ac si Deus se cito uenturum frustra promississet, meminerimus temporum longitudinem uel breuitatem sensu nostro haudquaquam metiendam esse. Nam unus dies apud Dominum perinde est ut mille anni, & mille anni, ut dies unus, 2. Pet. 3. b. 9. A Itaque notatur hic tempus illud omne, quod à Christo in carne exhibitum ad finem seculi durat. Nam & nouissima hora est, 1. Ioh. 2. c. 18. Et finis rerum omnium imminet, 1. Pet. 4. b. 7. ET SIGNIFICAVIT. s. Hoc est, patefecit hæc omnia, sed mysticis figuris ac imaginibus intexta, ne studiosis uilesceret, & indignis diuina sacramenta panderentur, adumbravit iuxta illud, Vobis datum est nosse mysteria regni cælorum; illis autem non est datum, Matt. 13. b. 11. Item Pulsanti aperietur, Ibid. 7. b. 8. QUVM MISISSET MANDATVM. s. Siue, Missio mandato; (alioqui quum Angelum miserit, quid erat, quod mittebat per Angelum?) siue, Mandans per Angelum. A Sunt qui per hunc Angelum Christum significari putent; sed rectius alii unum quempiam ex cœlestibus illis spiritibus intelligunt, qui administratori dicuntur, & in ministerium emittuntur, propter eos, qui hæretes erunt salutis, Heb. 1. d. 14. s. Nam & hoc pacto Christus Angelorum Dominus esse comprobatur, quorum ministerio in admirabili regni sui administratione pios è manibus impiorum eripiat, & malos subinde puniat. A Adde quod uidebimus, Angelum hunc, cultum quem illi Iohannes deserte paratus erat, non semel respuisse, Inf. 19. b. 10. & 21. b. 9. quod Christus non fecisset, quippe qui non hominibus modo, sed et Angelis omnibus longe superior. SERVO SVO IOHANNI. Hunc in modum diuina clementia solet præordinatis testibus familiariter uti, quo per paucos multis consularur ad salutem. Sic primum per Noe, deinde per Abraham, postea per Moysen, tandem per paucos piscatores: ita hic per Iohannem Ecclesie Aſiæ, imo orbi consularur.

2. Qui testificatus est sermonem Dei, & testimonium Iesu Christi, & quæcumque uidit.

QUI TESTIFICATUS EST SERMONEM DEI. A Ne quis hæc quæ in hoc loco memorantur, hominis somnia esse existimet, aut pro inanis fabulis habeat, scriptoris autoritas hoc nomine commendatur, quod uerbum Domini in Ecclesia annuntiant, ad id munus à Domino uocatus. s. Nam testificari hic pro publice prædicare sumitur, A qua uoce Lucas sepe utitur in Actis, c. 2. f. 40. & 3. c. 25. & 20. d. 21. & 26. c. 22. Paulus etiam, 1. Thess. 1. b. 12. & 4. b. 6. ET TESTIMONIUM IESU CHRISTI. Periphrasis est Euangelii, quod testimonium Christi, uel de Christo uocatur, quia eius summa hinc spectat, ut Christum nobis patefaciat, sicuti diximus in expositione 1. Cor. 1. a. 6. ET QUÆCUMQUE UIDIT. M Videndi uerbum ad uisiones, quæ liber iste continet, referri debet. Sic enim passim Prophetæ illud usurpant. Hinc uidentes dicti sunt, 1. Sam. 9. b. 9. 11.

2. Bca.

inze, perisse in his... & commemorat... dicitur peccatorum... horum quæ dicitur... sed ne quædam... fugiendum esse... dicitur, dicitur... am clariis... do, sed euicam... pificationem uol... vt omnes per... iudicat. A Alio... s. efficitur malit... non ipsam quom... nunquam ut in... ecillitatem uia... meliores sepe... ato immunes, &... exultatione, ... arularum asp... ut à peccato, uide... de sit uia zoro... anones nolite, nec... ad Paulus his uobis... emus per Christum... cogitate quocun... us, id ex Deo, a... uelut, & ut effi... VAR. c. Quædam... us, senlar, cui, Vo... s. est pualare. A...) sum Dominus, &... tem, Ego Domi... non agnosces, neq... cio conterem in... tentiam. Postquam... ut intelligant, con... idem aliter serui... steriore memora... Ita ad remon... cultodire. ET TRA... os. A Paulus dicit... , ut efficiens iust... a. 4. Sed nunquam... efficiat. Cuius... m fides animæ... Domini contrib... uiter uisita... docet homin... nria, quom... & gloriam... trarum, ad... a Christi aſſe... oria, & magni... omnia secula... eo uindictam... A TORI: nost... eum auctorem &... A, ET MAGN... rem gloriam suam... dicit, Regis ap... loria, 1. Tim. 1. d... omnia in oper... A SECVLA. Eui... tur, illius rama... & annunciant... fiam, quom... fificat, is me glo... i, Psal. 10. d. 21... a sanctis uis... ommissa, ut de... pectu in hære... locietatem Fi... fessio & gina...